mortificat et annihilat, sibi Recognoscenti suis successoribus rationes praemissorum perpetuum imponendo silentium.

1972 Feria Tertia in Vigilia Festi Sancti Laurentii Levitae et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

9/VIII

Orzechowscij Coniuges et Hermanowscij Coniuges Intercisam mutuo Roborant.

1241 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Jacobus de Orzechowce Orzechowski Subdapifer Terrae Chelmensis et Sophia de Bogusrzyce Coniuges legitimi ab una et Joannes Hermanowski, atque Magdalena de Plesowice Fredrowna itidem Coniuges legitimi parte ab altera. et praesertim Consortes cum eorundem Generosorum Maritorum suorum Vitrium Tutorum Coniugalium authoritate et personali assistentia et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Vna

pars alteri

pars altera, ac posteri Utriusque partis, se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Interciuisam Certam interse Recognoscentes, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Interciuisa contentarum de actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu Contenta confectam et conscriptam, manibus sui Recognoscentium propriis ab Utrinque subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Interciuisae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis Vadio Ligamentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere complere, exequi, ac inuiolabiliter observare, omnibusque et singulis eius contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere, Interciuisam praefatam, ad Inscriptionem praesentem Roboratiuam, et Inscriptionem praesentem roboratiuam, ad praedictam Interciuisam Vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio summae Quadringentorum Florenorum Polonicalium per partem parti cum Successoribus Utriusque partis, ob non Completionem Contentorum Interciuisae praefatae omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua Principali ex Contentis Interciuisae praefatae non completa Complenda Citata existens memorata pars Una praemissa non tenens sive eius posteri ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis Vel illius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex tunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia in simili

+

et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos sem-
per peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate
1974 Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari
ad munimenta ad Curatorem vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem prae-
terea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Prae-
misliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque mo-
tiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac prae-
missa omnia poenis simplicibus vel duplicatis, Evasionibus Su-
spensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conven-
tioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non sub-
terfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti
personali recognitione ad praemissa omnia et singula
mediante.

Machowicz Plenipotentes Inscribit

Comparens personaliter Coram Officio et Actis
praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Nobilis Felicianus Machowicz Vice Notarius Ca-
strensis Premisliensis Sanus mente et corpore existens à
Foro Districtuali Civili Iurisdictionibusque quibuslibet
propriis et competentibus recedendo Foro vero Castrensi Ca-
pitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc
adscribit Se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus

totaliter